



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Virginitas Deiparæ Deo gratissima, & voto ei consecrata, & à quo  
tempore, n. 23

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Bernard. 22. Et quidam Deum, inquit Bernard. hom.,  
Virgo ma- 2. super missus est, huiusmodi decebat natiuitas  
str Deum qua non nisi de Virgine nasceretur. Talis congrue-  
decebat. bat & virgini partus, ut non pareret nisi Deum.  
Idem ser. 4. de Assumpt. dicitur: huius filius ab us Vir-  
ginem, nec Deum decuit partus alter. sic Bernard.

Ignat. S. Ignatius epist ad Heronem: Ad corpus,  
inquit, ex quatuor elementis confectum est, Eua  
corpus ex ipsius Adæ latere, & insolens, admiran-  
dumque partus ille Domini: ex sola Virgine, non quod  
deestanda sit legitima commixtio, sed quod hui-  
usmodi partus decebat Deum, decebat namque  
creatorem non consueto, sed peregrino, & admi-  
rando vis partus, ut ipse omnium opificem. hæc  
sanctus Ignatius.

August. Augustinus libro de Assumpt. Humilita-  
ti, inquit, naturam sumens de sanctificatione cor-  
pore, & immaculatam de immaculato, non enim  
satis conceptus, talisque partus, nisi Deum decebat  
qui venerat redimere quos voluit creare, creare  
profecto potestate, redimere humilitate. hæc Au-  
gustinus.

S. Anto- Et cetero S. Antoninus 4 part. tit. 15. capit.  
ninus. 20. §. 8. ait Virginem de congruo meruisse  
Virginis- fieri matrem Dei, merito suæ fidei, spei, chari-  
tatis, ac perfectissimæ humilitatis, & Eccle-  
siæ canit: Quia quem meruisti portare resurre-  
xit. de quo S. Thomas 7. par. quæst. 2. art. 17.  
ad 3. verum hoc meritum de congruo virgi-  
nitati etiam eius adscribit complures Pa-  
tres, quos affert Canisius lib. 2. de B. Virgi-  
ne cap. 16. & inter alios Ambrosius epistol.  
Dii. 82. Quanta, inquit, sit virginis gloria, quæ  
Offic. Eccl. mirum à Christo elegi, ut esset etiam corporale  
S. Thom. Dei Templum. & Hieronymus epistol. 22. ad  
Canisius. Eutochium, Tanta, inquit, puritas Maria  
Ambros. extitit, ut mereretur effici mater filij Dei. Hinc  
Heron. est, quod ex hac conceptione, & partu filij  
Chrysolog. Dei Virgo purissima euasit, quare Chryso-  
logus sermone 142. in tuo, inquit, conceptu, in  
tuopartu creasti pudor, & aucta est castitas, in-  
tegritas roborata est, & solidata virginitas: om-  
nes perseverauerunt virtutes. ita Chrysologus.

Idem habet Ildesonus sermo. 5. de Assum-  
ptione, quem infra citabimus, & Chrylosto-  
mus sermone de B. Virgine: Cum enim, in-  
quit, B. Maria supra omnem humanam natu-  
ram castitatem seruaret, propterea Christum  
Dominum in ventre concepit. & Bernardus hom-  
mil. 1. super missus est: Nec mediocriter, inquit,  
placet Deo illa anima, in qua & humilitas com-  
mendat virginitatem, & virginitas exornat hu-

militem, sed quanta putas ueneratione digna  
est, in qua humilitatem exalat fecunditas, &  
partus confert uirginitatem. Idem homil. 2.  
Singularem, inquit, consecuta es benedictionem,  
ut nec sterilia maneat, nec cum dolore partu-  
rias, quoniam ex eodem, Nec si seris radicis  
mutat suam claritatem, nec Virg. n. filius suam  
integritatem.

VIRGINITAS DEIPARÆ DEO

gratissima, & uoto et consecrata,  
& à quo tempore.

Cum autem perfectionis opera (inquit D. 20  
Thomas 3. part. q. 28. art. 4.) magis sint S. Thom.  
laudabilia si ex voto celebrentur: uirginitas Virginitas  
autem in matre Dei præcipue debuit pollere, De paræ  
ideo conueniens fuit, ut uirginitas eius ex voto fuit ex  
esset. Deo consecrata, & addit: Eam simul cum voto.  
S. Iosepho sponso, uirginitatis uotum emisisse  
antequam annuntiaretur ab Angelo, quod  
efficaci ratione probat Augustinus lib. de lan- Au. 1. 1.  
cta uirginitate cap. 4. Quia annuncianti, in Luc. 1.  
quit, Angelo Maria respondit. Quomodo fiet  
istud, quoniam uirum non cognosco? quod profe-  
cto non diceret, nisi prius se Virginem Deo uouis-  
set. Idem eadem ratione probat Nyssenus.  
oratione de Christi Natu & Anselmus de ex Anselm.  
cell. Virg. cap. 4 & Bernard hom. 4. super mis- Bernard.  
sus est

Sed rogabit quispiam, an Virgo sanctissi-  
ma omnium prima & uirginitatem seruauit,  
& uirginitatis uotum Deo nuncupauit, quan-  
do item illud emisit? Ad quod breuiter dico, An in lege  
in lege ueteri non defuisse aliquos, qui ueteri fue-  
uirginitatem seruauit, uirginibus quoque rini qui  
in templo ierosolymitano peccabatam ad o uirginitas  
randum locum ab alijs mulieribus diuersum si serua-  
esse tributum, in quo Deipara etiam post par- rini, &  
tum orabat, ut ex Origine, Basilio, Nysseno, & qui nam  
alijs supra diximus: tamen de nullo ex sa fuerint.  
cris litteris habetur ante Deiparam uirgini-  
tatem Deo uouisse: etenim Maria soror Nyssenus.  
Moysis existimatur Virgo à Nysseno libro An. brof.  
de uirginitate cap. 9 & ab Ambrosio lib. 1. de  
u. de uirgin. & epist. 81. cuius hæc sunt uerba: In ue-  
ters, inquit, testamento Virgo Hebræorum per  
mara duxit exercitum, in nouo testamento Virgo  
regis Aulæ celestis electa est ad salutem, & Chry- Chrysolog.  
fologus serm. 146. indicat, eam uirginem &  
typum gessisse Deiparæ in cantico in egressu Ioseph de  
ex mari rubro: quamuis Ioseph lib. 3. antiq. antiq. 3.  
cap.

*Vale Is. daica. S. Ignat. Ambros.*

*Hieros.*

*Damasc.*

*Dan. 3.*

*Ambros.*

*Iosephus de anti- quaria.*

*Deipara prima uir- ginitatis legitur anisissa.*

*S. Thom. Ildefonsus Luc. 10.*

*Beda. Luce. 1.*

*Glossa.*

*Bernard.*

*Albericus.*

*Rupertus.*

*S. Antoni- nus.*

*S. Barthol.*

cap. 2 dicat: Mariam sororem Moysi uxorem fuisse Hur. S. Ignatius epist. ad Philadelphios inter virgines reponit Eliam, Iosue, Melchisedech, Eliscum, & Ieremiam. & de Elia idem affirmat Ambrosius lib. 1. de Virginitibus de Ieremia autem Hieronymus prologo in Ieremiam, dicit eum virginitate sua euangeli- cum virum Christi Ecclesie dedicasse. Idem affirmat Damascenus lib. 4. de fide cap. 25 de tribus pueris, quorum corpora vult per virginitatem factum, vt igne confici nequiverint. Idem de Daniele, cuius corpus virginitate, ait Damascenus, solidatum, ita vt leonum dentes illi insigi non potuerint. Verum hi abs- que voto; similiter & alij pauci ante Deipa- ram virginitatem coluerunt: nam vt recte ait Ambrosius lib. 1. de Virginitibus: *Virgines in ve- teri testamento in figura coninebantur illa, vt es- se: indicia futurorum: figura enim in paucis est, vita in pluribus ita Ambrosius: sed vt omittam* Essenos, de quibus Ioseph libro 13. antiqu. cap. 8 qui continentiam seruabant, & Sibyllas vir- gines, de quibus Hieronym. lib. 2. contra Io- unianum, Prima quae virginitatis votum le- gitur Deo consecrasset, fuit Deipara. & ratio- nem indicat S. Thomas 3. part. quaest. 25. art. 2. ad 2. quia cum hoc votum ad statum per- fectionis pertineat, dequit, vt in lege gratiae i- nitium haberet à Christo & à matre eius. Hoc affirmant plerique Doctores, Ildefonsus term. 3. de Assumpt. De ista, inquit, dicitur optimam partem elegit, quia prima omnium feminarum Deo virginitatem obtulit, & ideo promeruit, vt Dei filius ex ea corpus nostra redemptionis sus- ciperet. Beda homil. de Annunc. Verò, inquit, gratia plena, cui diuino munere collatum est, vt prima inter feminas gloriosissimum Deo virginitatis munus offerret. Idem Glossa ordinaria ex Gregorio in Luc. Bernardus hom. 2. & 3. super missus est, & term. Signum magnum. Al- bertus super missus est c. 82. Rupertus lib. 3. in Cant. 3. Antoninus 4. par. tit. 15. c. 20. §. 10 & alij Scholastici in 4. distin. 90. Denique S. Bar- tholomaeus Apost. apud Abdiam lib. 8. hist. Apost. cum de filii Dei incarnatione in vtero virginis differeret, subiungit: *Hac autem Virgo cum excraretur omnem virum, & ipsa seruan- dae virginitatis votum prima Deo omnipotenti vo- uit, cum à nullo homine, nec verbo didicisset, neq; exemplo ad imitationem fuisset inuitata: nulli- enim hoc votum antea obtulerat. ita ibi. & hoc quidem adeo nouum fuit in veteri lege, vt Jo-*

annes Patriarcha Ierolymitanus, qui vixit, ex Chrytophoro de Castro anno 795. in lib. Ioan. Pa- de Institut. Monach. cap. 35. haec verba ha- beat, agens enim de eo, quod euenit quando S. Sacerdotes cognouerunt eam virginitatem Deo vouisse: *Vnde, inquit, cum catus professorum huius religionis audisset in Ierusalem iuencu- lam vouisse Deo virginalem continentiam, con- fessim perpendit, quod aduentus filij Dei propo- situm erat. haec ille.*

24. Ceterum ab initio vsus rationis Deipa- ra habuit propositum seruandi virginitatem ab in- uoluntate absoluta, & efficaci, vt recte probat Suarez tom. 2. in 3. par. disput. 6. & D. Thom. loc. cit. idem affirmat cum ait, eam semper ha- buisse virginitatem in desiderio. & ratio est, quia vt ait S. Thom. 4. distin. 34. art. 2. ad 2. seruand. post sufficientem hominum propagationem virginitas non erat vetita, vt ex ijs, quos in lege veteri illam seruasse supra diximus, manife- stum est: sed certissimum est multorum ten- tentiam Virginem donis Spiritus sancti abunde praeditam, & sapientissimam cognouisse ab initio vsus rationis virginitatem sibi esse me- liorem, & à Spiritu sancto adhuc peculiariter permotam, & reuelationem à Deo habuisse huius rei votum ab ea fore sibi gratum, & quando contraxit cum Ioseph, reuelatione didicit eum in idem propositum consenti- ram. quare coniugium illud nec propositum, nec voto Deiparae repugnasse. Quocirca ex dictis sicuti propositum virginitatis seruandae habuit ab initio vsus rationis, ita statim de eodem votum Deo obtulisse existiman- da est, quare Bernardus de hac reuelatione homil. 3. super missus est: *Tu, inquit, Virgo non dicam preceptum virginitatis, sed nec con- siliu, nec exemplum habebas, nisi quod unicus dicebat se de omnibus, ac formo Dei uirginitatis, & ef- ficax ante tibi factus est magister, quam filius, prius restructi mentem, quam inuauit carnem.* haec Bernardus.

Et quod Ioseph sponsus, quae Virginitatem fuisse probat Hierony. contra Heluidium, & Augustinus ser. 15. de Natiuit. Domini, & alij, & nos uerius in tract. de Virginit. sect. 2. ma- gna reuerentia Virginis propositum custodie- rit, pulchrè August. lib. de sancta virginitate cap. 4. *De sponsa, inquit, est uirgo iusto non uolente ablaturo, sed potius contra uolentis custo- dituro, quod ipsa iam uouerat.* Idem Nylenus Nyssenus orat. de Christi Natiuit. Epiphanius haec 78. Epiph. Grego-

Grego-  
Dama-  
Mistop-  
Nicope-  
Georg-  
Cedre-  
Ger. P-  
Virgo  
huius  
ratione  
de sa-  
ab in-  
ti sua  
S. Ber-  
dinus  
Cans  
S. Ber-  
dino  
Cate-  
Virgo  
Suar-  
Bar-  
S. Ber-  
dino  
Amb-  
Luc-

Gregor. Damasc. Gregorius homil. 26. & Damascenus orat. 1. de dorm. Cum ad aetatis florem perveniret, atque intra Templi septa manere lege prohiberetur. Sponso, hoc est virginitalis custodi Iosepho à sacerdotum choro traditur & alludit ad historiam illam quam Nyssenus loc. cit. tangit, Sacerdotes scilicet, cognito Virginis voto de servanda virginitate, diuino iudicio eam desponsasse Iosepho. historiam hanc vide apud Nyssenum, Si meonem Metaphrastem in orat. de vita, & dormit. Deip. Nicephorum lib. 2. de hist. ecel. cap. 7. Georgium Cedrenum in compend. histor. eam indicat, Germanus Patriarcha Constantinopolitanus orat. de Virg. oblat. & nos cap. 8. eam attulimus.

25 Verum difficultas esse posset, quo tempore Virgo beatissima vsum rationis habere cœperit, qua de re dico ex grauissimorum auctororum sententia, eam peculiari Dei beneficio habuisse actualem rationis vsum in vtero matris, atque aded in ipso articulo suæ immaculatæ Concept. Ita S. Bernardinus Sen. tom. 2. serm. 5. 1. art. 1. c. 2. Beata, inquit, Virgo etiam dum erat in vtero matris habuit vsum liberi arbitrii, atq. lumen perfectum in intellectu & ratione: proinde secundum quosdam fuit tunc in sublimiori contemplationis statu, quam vnquam fuerit aliqua creatura humana in perfecta aetate: Et hec in vtero matris sua sicut & ceteri infantes dormiret: at tamē somnus, qui abyssat, & sepeliet in nobis rationis, & liberi arbitrii usus, & per consequens actum merendi, non credo quod talia fuerit in ipsa operatus: sed anima sua liberè, ac merito actu tunc tenebat in Deum, vnde illo tempore erat perfecta or contemplatrix, quam vnquam fuisse aliquis alius dum vigilauit: vnde & Cant. 5. ipsa ait, Ego dormio, & cor meum vigilat, scilicet, in contemplatione perfecta à nulla ratione debilitata. haftenus S. Bernardinus. Idem tom. 1. sermo. 61. ad tantam vult contemplationem sublimatam esse, vt perfectius videret Deum, quam vnquam fuit contemplatus aliquis in perfecta aetate, hoc etiam de vfu rationis in matris vtero tenent plerique Thomistæ Caietanus in 3. par. q. 27. art. 3. Vigerius in Instit. cap. 5 §. 3. vers. 9. Suarez tom. 2. in 3. par. disp. 4. sect. 7. & Barada lib. 6. c. 3. & ratio S. Bernardini loc. cit. & aliorum, quia non est Virgini deneganda hoc priuilegium, quod concessum est S. Ioan Baptista in sanctificatione ex communi ferè Patrum sententia, vt videre est apud Ambrosium in Luc. 1. Habebat, in-

quit, Ioannes intelligendi sensum, qui exultans habebat affectum. Leo serm. 10. de Natiu. Praecursor, inquit, spiritum prophetia intra viscera matris accepit. Hieronym. epist. 7. audiebat verba Domini per os virginis personans. Origen. homil. 7. in Luc. docet illud exultasse Ioannem in gaudio, significare actum vitæ, qui cognitionem supponit: Quamuis enim exultare simpliciter metaphorice tribuatur aliquando rebus inanimatis, vt cum dicitur: Montes exultasti sicut arietes; exultare tamen in gaudio non sumi metaphorice. Ita Origenes. & Ecclesia in hym. Semperas Regem ihalamo manentem, & alij plures in eandem sententiam de S. Ioan. loquuntur. & quomais S. Thom. 3. par. q. 27. S. Thom. art. 3. neget de B. Virgine, & art. 6. neget etiam de S. Ioan. Baptista, eos in matris vtero vsum rationis habuisse; Quoniam hoc est, inquit specialis priuilegium Christi: veruntamen hoc de S. Ioan. docent citati DD. & Caietan. non negat. Præterea hoc priuilegium Virgini factum non derogat Christo, quippe qui habuit vsum rationis cum clara Dei visione, quam non habuit Virgo. & sanè videtur hoc priuilegium consentaneum excellentiæ Virginis, & quia hæc cognitio Virginis eo tempore potissimum circa Deum, & res diuinas versabatur. potuit fieri per actum perfectum fidei, vel per scientiam supernaturalem insulam mysteriorum fidei: potuit etiam Deus conferre Virgini aliquas species per se infusas, vt per lumen fidei, & per ipsas sine dependentia à phantasmatis intelligeret, & operaretur, vel etiam confortare imaginatiuam, vt cooperaretur, de quo vide Suarez loco citat. Huius rei figura præcessit in Esther, de qua Esther. 2. Placuit ei nimirum Assuero, & inuenit gratiam in conspectu illius, & præcepit Eunuchis, vt acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo Regis, & tam ipsam, quam pedissequas eius ornaret, atq. excoleret. ita Deus Virgini, quam in futura matrem elegerat, mundum seu ornatum muliebrem accelerauit in ipsa Conceptione conferens ei lumen, & speciosissimas pedissequas, id est, virtutes actu ornatas, quibus, s. per vsum rationis posset vti.

26 Ex ijs, quæ diximus, infero Virginem sanctissimam in ipso exordio suæ immaculatæ Concept. virginitalis votum Deo obtulisse: cum enim vsum haberet rationis, & à Deo optimo per reuelationem hoc sibi gratum esse significauit.

Leo.  
Hieron.  
Origenes  
Luc. 1.  
Psal. 123.  
Offic. Ecel.  
S Thom.  
Caietan.  
Quomodo  
Virgo in  
vtero ma-  
tris vsum  
habuit  
rationis.  
Suarez.  
Esther 2.  
Dei para-  
voti vir-  
ginitatis  
in instanti  
Cōceptio-  
nis evi-  
gnifi-



significatur esset, ipsa Spiritus S. gratiam, quæ  
nescit tarda molimina, sequens, per votum Deo  
se ipsam consecrauit, iuxta illud Cant. 2. *De-*  
*lectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter li-*  
*lia:* quia cum jam tunc per usum rationis ac-  
celeratum tota ferretur in Deum, quem libijs  
virginitatis delectari sciebat, & ipsa virginita-  
tem illi obtulit. Hanc sententiam sequitur Sua-  
rez, qui eam hoc votum fecisse ab initio usum  
rationis docet, quem usum loco citato in ipsa  
conceptione vult ei acceleratum: & S. Bernar-  
dini sententiæ est valde conforme, qui eam  
contemplatricem perfectam eo tempore suis-  
se affirmat. Idem asseruit Iacobus Episcopus  
Christopolitanus super Magnificat, ad illa  
verba: *Fecit in me magna qui potens est.* & ad-  
dit esse opinionem aliorum dicentium Deipa-  
ram illico post sanctificationem votum virgi-  
nitatis fecisse. hoc etiam expressè docet Bar-  
radaloc. cit. Quo circa meritò Deipara san-  
ctissima inter Virgines principatum tenet: tum  
quia præ alijs vehementiori, efficaciorique ac-  
tû, quo ex majori gratia, & charitate proce-  
debat ab initio sui usus rationis Deo virginita-  
tem suam præclare obtulit: tum quia illibata  
punitate illam seruauit, quippe quæ in se car-  
nis rebellionem, & fornicis actum, quem in ea  
extinctum semper fuisse cap. 7. diximus, nul-  
lum sensit, quod majorem arguit super Ad-  
versarium potestatem, ut bellum ne mouere  
quidem posset, virtutesque omnes, quibus  
virginitas exornatur, humilitatem, silentium,  
pudorem, temperantiam, & reliquas maxi-  
mopere coluit, ejusque virginitas fecunda  
fuit, quod inter virgines ei soli conuenit.

Cant. 2.

S. Bernar-  
dinus.Iacob. Epi-  
scop. Chri-  
stopolitan.  
Luc. 1.Barrada-  
lo. cit. Deipara  
inter vir-  
gines prin-  
cipatum  
obtinet.

Offic. Eccl.

Damasce.

Quare Ecclesia ad eam *Sancta, & immaculata*  
*virginitas, quibus te lassibus offeram nescio, quia*  
*quam cæli capere non poterant, tuo gremio contu-*  
*listi.* Hoc insinuare videtur Damasceus o-  
rat. 1. de Natiu. cum eam appellat solam Vir-  
ginem, ac semper Virginem solam, & mente &  
anima virginitatem perpetuè coluisse, quibus  
verbis non negat complures fuisse, quæ ab ex-  
ordio usus rationis virginitatem seruare decre-  
verint. Verùm quia usum rationis exactis ali-  
quot annis accepere, in illis annis nihil de vir-  
ginitate colenda cogitarunt. At Deipara sola  
perpetuè virginitatem coluit, quia ab instanti-  
sua immaculatæ conceptionis usura-  
tionis prædita virginitatem.  
Deo obtulit.

IN LEGE EUANGELICA INNUME-  
ros viri, quæ sexus homines Deipara virginitatem  
exemplo, ac patrocinio illibatam virginitatem,  
complures alios perpetuam conti-  
nentiam coluisse.

27 **A** Dhæc quamuis, ut diximus, nonnulli  
sed tamen pauci, ut ait Ambrosius de  
Instit. Virg. cap. 7. & Nazianzenus carni-  
ne de virginitate in lege veteri virginitatem  
seruasse dicantur; Deipara tamen prima o-  
minium virginitatis votum Deo consecrasse,  
atque hujus virtutis primitias voto configura-  
tas celesti sponso obtulisse legitur, cujus ex-  
emplum postea innumera, tum mulierum,  
tum virorum multitudo in lege euangelica  
sunt imitati, quod eleganter Nazianzenus in  
carmine de virginitate sic cecinit.

*Ante quidem umbræ in paucis splendore mi-*  
*cabat,*

*Dum lex jura daret terris, & in orbe vigeret*  
*Exiguus spectanda notæ.*

*At postquam Christus per casta viscera matris*  
*Ab ipso patre, & radice, vita progressus in auras*  
*Lustrauit multæbre genus, tum denique nostro*  
*Virginitas generi præclaro lumine fulsi.*

Quare Ambrosius de Instit. Virg. cap. 5. *Ambrosi-*  
Egredia, inquit, Maria, quæ signum sacra virgi-  
nitatis extulit, & intemerata virginitatis primum  
Christo vexillum seruauit, & omnes ad cultum  
virginitatis S. Mariae aduocantur exemplo? &  
tunc ut idem ait Ambrosius lib. de virginitate, toto  
orbe diffusis corporibus humanis vita celestibus  
usus sit enim virginitatem vocat, moleuit. Hæc  
est, inquit, illa celestis mixtura, quam laudant im-  
maculatus Angelorum promittebat in terra, & tut-  
sum: Virginitatem, inquit, non faciliè irruimus  
in terra, nisi postea quam Deus in hac terræ cor-  
poris membra descendit, qui igitur neget hanc vi-  
tam fluxisse de cælo, & cælo accersuit, quæ imita-  
retur in terra: sic ille. Et Hieronymus epist. 22.  
ad Eustochium: *Mibi, inquit, virginitas in Ma-*  
*riae dedicatur, & Christo, & inha: Mors per Euam*  
*vita per Mariam, ideoque & diuina virginitate do-*  
*num fluxit in feminas: quia cepit à femina sta-*  
*tum, ut filius Dei ingressus est super terram: nouam*  
*sibi familiam instituit, ut qui ab Angelis adora-*  
*batur in cælo, haberet Angelos & in terra. Tunc*  
*Holofernis caput Iudith continens amputauit, &*  
*in Apologia ad Pammachium: pro libris ad-*  
*uersus Iovinianum: Christus, inquit, virgo, Virgo*  
*Dei, utriusque sexus virginitatem dedicoauere.*  
Hinc